C Ertum. ¶ Caſus. Ei q abfuit reipu. cã ⁊ reuerſus eſt dat ãnus vt a tutela ſe excuſet. Uel hȝ excuſationẽ a noua tutela a tp̃e reuerſionis. Uiuianus.

a ¶ Certum eſt, vt inſti. eo. §. item hi qui reipublice.

pꝛopꝛie poteſt dici excuſatio cũ ⁊ ſi vellent non poſſet: vt dictis. ll. continetur. ſic inſtitu. eo. §. minoꝛes. Item ſecus in patrimonialibus muneribus. vt. ff. de decur. l. honoꝛes. §. j. ſed ex poſtfacto cecus non deſinit. vt. ff. de auc. tu. ⁊ ſi tutoꝛ. Itẽ ſecus ſi vnum tantũ oculum amiſit. vt. ſ. de excu. tu. l. frater.

¶ De excuſationibus veteranoꝛum.

Q Ui cauſaria. ¶ Caſ. Miles q. xx. annis ſtetit cuȝ pꝛincipe: ſi ex honeſta cã remittatur puta cauſa infirmitatis. idem priuilegium habet quod veteranus quia ſicut a tutela nõ ſui coꝛpis excuſatur: ita a tutela miſſus alioꝛuȝ excuſationẽ habet ne ſit tutoꝛ quaȝ opponet. ⁊ infra dies ab eo tẽpoꝛe quo ſcit ſe datuȝ tutoꝛem. ⁊ hoc in. l. ſeq. Uiuianus.

b ¶ Miſſione. triplex ẽ miſſio: vt. ff. de his qui no. infa. l. ij. §. ignominie. ſȝ q ignominia mittitur ab vꝛbicis excuſatur tutelis: vt. ff. de excu. tu. ſed ⁊ milites. §. ſed et ignominia. al's. ſcribit autem. Ulpia.

c ¶ Poſt. xx. quid ſi ante: Non idem. vt. j. de his qui non imple. ſti. l. fi. li. x.

d ¶ Pertinent. que multa ſunt: vt. j. quãdo pꝛouo. nõ eſt neceſ. l. veteranis. ⁊. ff. de priuile. vete. per totum.

e Q Uod placuit. cõpelli. facit. ſ. de excu. tuto. l. pe. ⁊. ff. eo. adminiſtrantes. §. fi. ⁊. l. fi. j. quando pꝛouo. nõ eſt neceſſ. l. veteranis. et. ff. de pcura. l. filiuſfami. §. veterani. Iteȝ facit. ff. de teſti. ex eo.

¶ Qui numero liberoꝛum ſe excuſant.

Q Ui. ¶ Caſ. Aliquis habens liberos tres incolumes. ⁊. iiij. in italia. ⁊. v. in pꝛuincia an liberatur ab onere tutele. Et dicitur ꝙ ſic. Uiuia.

f ¶ Qui ad tutelam. ideȝ habes inſtitu. eo. in pꝛinci. ⁊. j. de his qui nume. lib. l. fi. li. x. ſecus in pꝛimonialibus: vt in eo. titu. l. ij.

N Ecȝ filia. ¶ Caſ. Liberi pſunt pꝛi vt ſuperioꝛi. l. pꝛoxima. ſed ſi quis habet filiam ⁊ ex ea nepotes ſi illa decedat: an nepotes pꝛoſint auo materno: queritur. Dicitur ꝙ nõ. ſȝ patri. Uiuia.

g ¶ Nepotes. ex filia. ⁊ ẽ plana. Uel dic ex filio. ſed tunc moꝛtuo patre pꝛoficerent auo vt vnius loco numerentur: vt inſtit. eo. in pꝛin. ⁊. ff. e. l. excuſantur. §. ij.

h ¶ Qui moꝛbo ſe excuſant. L Uminibus. Excuſationeȝ. vt. j. qui moꝛbo. l. j. libꝛo. x. ⁊. ſ. qui da. tuto. poſ. l. luminibus. ⁊. ff. eo. poſt ſuſceptam. ⁊ im-

Idem. a. Regioni. Lex. ij.

C Ertum eſt[a] eos qui reipublice cauſa abeſſe deſierint: ab omni noua tutela anno vacare debere.

¶ De excuſationibus veteranoꝛum. Titulus. lxv.

☞ Ueterani excuſantur a tutelis pter ꝙ filioꝛũ veteranoꝛum vel commilitonuȝ ſuoꝛum: ⁊ vnam tantum tunc ſuſcipere cõpelluntur. h. d. Saly.

Imperatoꝛ Anto. a. Saturnino. Lex. j.

Q Ui cauſaria miſſione[b] ſacro poſt. xx.[c] annoꝝ ſtipendia ſoluuntur: ⁊ integram famam retinent: et ad publica priuilegia veteranis conceſſa pertinent[d].

☞ Licet lex vel ſtatutũ dicat ꝙ aliquis non poſſit cõpelli: debet intelligi cum vtitur ſuis defenſionibus: al's poteſt cogi. h dicit Baldus.

Imperatoꝛ Goꝛd. a. Celeri veterano. Lex. ij.

Q Uod placuit veteranos tãtũmodo cuȝ veterani filioꝛum ſeu militum: ⁊ quidem vnam tutelam ſeu curam codeȝ tempoꝛe adminiſtrare cõpelli[e] / eo pertinet: vt ſi alijs dati fuerint intra ſolennia tempoꝛa cauſas excuſationis apud competentem iudicem deferent.

¶ Qui numero liberoꝛum ſe excuſant. Titulus. lxvj.

☞ Tres liberi i roma: quattuoꝛ in italia: quinqȝ in pꝛouincia excuſant parẽtes a tutela ⁊ moꝛtui non computantur: neqȝ nepotes ex filio ſupſtite. h. d. totus titulus quod not. Saly.

Imperatoꝛes Seuerus et Anto. aa. Herodiano. Lex. j.

Q Ui ad tutelam[f] vel curam vocantur: rome quidem trium liberoꝛum incolumiũ numero de quoꝛum etiam ſtatu non ambigitur. in italia vero quattuoꝛ: in pꝛouincijs autem quinqȝ habent excuſationem.

Imperatoꝛ Anto. a. Marcello. Lex. ij.

N Ecȝ filia amiſſa i numero pꝛodeſt ad declinanda municipalia munera: neqȝ nepotes[g] numerãtur quoꝝ pater ſupereſt: cum ſuo nomine patri pꝛoſunt.

¶ Qui moꝛbo ſe excuſant. Titulus. lxvij.

☞ Pꝛopter moꝛbos h ſcriptos qs excuſatur a tutela vel cura. Saly.

Imperatoꝛes Seuerus ⁊ Anto. aa. Sabino. Lex vnica.

L Uminibus captus / aut ſurdus / aut mutus / aut furioſus / aut perpetua valitudine tentus / tutele ſeu cure excuſationem[h] habent.

¶ Qui etate ſe excuſant. Titulus. lxviij.

☞ Septuagenarius excuſatur a tutela ⁊ cura. h. d. Saly.

Imperatoꝛ. Phi. a. et Phil. c. Scio. Lex vnica.

P Ater tuꝰ ſi maioꝛ eſt annis. lxx.[i] ad tutelam ſeu curaȝ euocatus: excuſare ſe ſolẽniter poteſt.

¶ Qui numero tutelarum. Titulus. lxix.

☞ Plura imperfecta non faciunt vnuȝ perfectũ. ad hoc allegatur. hoc dicit Baldus. vel ſic. Tria onera tutelaruȝ nõ affectata excuſationẽ pꝛebent a quocũqȝ ꝙ diu durant: ⁊ due imperfecte excuſatiões diuerſi generis non faciũt vnam perfectã. hoc dicit Salycetus.

Imperat. Seue. ⁊ Antoni. aa. Seuero. Lex vnica.

S I tres[k] tutelas vel curas codeȝ tempoꝛe nõ defunctoꝛie[l] ſuſceptas adminiſtras onere quarte tutele ſeu curationis pupilloꝛũ ſeu adoleſcentium non grauaberis. Finito autem officio pubertate pupilloꝛum vel etate adoleſcẽtium alie ſubſtitui poſſunt: licet nondum ratio tutele ſeu cure adminiſtrate reddita ſit. ¶ Sed imperfecte diuerſe ſpecies vacationis licet permixte ad excuſationem non pꝛoficiunt[m]. ¶ Scire igitur debes cuȝ qui duos filios habet ⁊ duas tutelas adminiſtrat: excuſationeȝ nõ mereri.

¶ De curatoꝛe furioſi vel pdigi. Titulus. lxx.

☞ Finita cauſa naturali iſpicitur cauſa accidentalis. hoc dicit Bal. vel ſic. Poſt xxv. annum datur curatoꝛ furioſo vl' pꝛodigo. h. d. Saly.

Imperatoꝛ Anto. a. Marciane. Lex. j.

¶ Qui etate ſe excuſant.

i P Ater. ſeptuaginta. vt ⁊. ff. eod. excuſantur. in pꝛin c. ſic in teſte. vt. ff. de teſti. l. inuiti. ſecus i alio publico pſonali munere: vt a. lv. ãnis ſupꝛa excuſentur: vt. j. qui etate. l. fin. lib. x.

¶ Qui numero tutelarum.

S I tres. ¶ Caſus. Habẽs tres tutelas vl' curas a qrta vocationem habet. ſi vero finite ſunt: alia poterit ſubꝛogari. Si vero qs habens duos filios. ⁊ duas tutelas cum iſte tutele ſint imperfecte: an faciant vnam perfectaȝ: Dicitur ꝙ nõ. Uiuianus.

k ¶ Si tres. quandoqȝ non ſufficiunt ⁊ quandoqȝ vna ſufficit. ⁊ ſic arbitrio iudicis relinquitur: vt. ff. eod. ſi is qui. §. penulti.

l ¶ Non defunctoꝛie. id eſt tranſitoꝛie. quia ſecus ſi tranſitoꝛie. quia debent finiri cito: vt et ff. eod. l. non tantum. in pꝛinci. Uel dic id eſt nõ affectate: vt ⁊. ff. eodẽ. l. tria. ⁊ inſtitu. eo. §. item tria.

m ¶ Non pꝛoficiunt. niſi ſint eiuſdem generis vt due tutele et due cure: vt. ff. eod. excuſantur. §. amplius. Et nota hic que non pꝛoſunt ſingula nec multa iuuant. ſic ff. de iuriſdi. om. iudi. ſi idem. ⁊. ſ. de vſur. l. vſure. et. j. de dona. ſancimus. §. ſi quis autem. Sed arg. cõtra. ſ. de pꝛoba. inſtrumenta. ⁊. ff. de vſur. l. ſtipulatus. et in auten. de fide inſtrumẽ. §. ſi vero adminiſtratoꝛ. ⁊. §. ſi vero nullus. colla. vj. et. j. de inſtitu. et ſubſti. l. ſi pater. naȝ nec inſtitutio ſub conditione per ſe ſine exheredatione nec econtra valẽt: ſȝ ſimul ſic. Et facit ad teſtes diuerſa pꝛobantes. Additio. Uideas pulchꝛam gloſam. iij. q. ix. in. c. nihilominus. et gloſam fin. in. l. ob carmen. in fine. ff. de teſtibus ⁊ tex. in. c. dilectus. extra de electio.

Teſtes ſingulares nõ pꝛobant.

¶ De curatoꝛe furioſi vel pꝛodigi. ¶ Dictum eſt. ſ. de curatoꝛibus minoꝛum: ſequitur videre de curatoꝛe earum perſonarum que pꝛopter furoꝛem vel pꝛopter pꝛodigalitatem rebus ſuis ſupereſſe nõ poſſunt. Azo.

Cõtinuatio.

Curatoꝛes.

a Curatoꝛes impleta. vere nō ficte. vt. ſ. de his q ve. eta. impe. l. fi. Quid ergo ſi fuerit minoꝛ. xxv. an: Rñ. vt minoꝛi detur tutoꝛ vel curatoꝛ nō vt furioſo. vt. ff. de tute. l. qui hꝫ. in pꝛi.

b Pꝛodigis. qui neqꝫ tempus neqꝫ finem habent expēſarum vt. ff. eodem. l. j. §. j.

Cum repudiante. ¶ Caſus. Si maritus vxoꝛem ſuam a patre emācipatam furioſam repudiauerit: ⁊ mater viro pactū fecerit de non reddenda dote vel alijs rebus filie: an pꝛeiudicet q̄ritur: Dicitur ꝙ non. Uel pone caſum aliter vt in glo.

m Cum repudiāte. Delata fuit hereditas viro ⁊ vxoꝛi furioſe: mater eius repudiauit. non poteſt ſed vir ſic. Joan. ꝙ non placet ſed de repudio matrimonij dicit. — Caſuꝫ ponit.

c Furioſis. q loco abſentiū ſunt. vt. ff. de reg. iur. l. vbi nō. §. fi. ſic ergo et abſēti daṫ. vt. ff. q̄bus ex cau. ma. l. ab hoſtib⁹. in pꝛi. ⁊. j. de cap. l. iij. Itē ⁊ datur luxurioſe viuēti. vt. ff. e. ⁊ mulieri. ⁊ ſimilibus. vt iſti. de cura. §. ij.

d Solent. An ante dationē curatoꝛis pōt ꝯhi cum pꝛdigo poſt interdictionē bonoꝝ: Certe nō puto. lꝫ ſit arg. ꝯ. ſ. de in integ. re. mi. l. ſi curatoꝛē. in eo ꝙ ibi aſſimilat minoꝛem hñtem curatoꝛeꝫ pꝛodigo. Uel dic ꝙ non pōt ex tūc cum eo ꝯhi: q2 facta iterdictione eſt pꝛdigus in curatione agnatoꝝ. vt not. dñs Azo in ſumma huius ti. §. in pꝛodigis aūt. Itē an teneat datio ſi deṫ vt furioſo cū furioſus nō ſit: ar. ꝙ nō. ff. de tu. et cu. da. ab his. l. ſcie. Quidā ꝯtra. q2 ibi pꝛopter etatem dabaṫ.

Pꝛodig⁹ poſt interdictionem bonoꝝ añ ꝙ ſibi deṫ curatoꝛ an poſſit contrahere.

Rationis. ¶ Caſus. Tutoꝛ vel cura. pꝛdiū minoꝛis ſine decreto alienare vel obligare non pōt. et hoc oꝛone diui ſeueri caueṫ. ſed an hmōi oꝛo extendatur ad cura. furioſi ⁊ pꝛodigi vt ille ſine decreto alienare nō poſſit/ q̄riṫ: Diciṫ ꝙ ſic. vnde ſi obligeṫ nō tenet pignoꝛis obligatio: creditoꝛ tñ hꝫ pꝛincipalē actionē aduerſus furioſum vel pꝛdigum ſi pecunia in vtilitatem ſuā fuerit conuerſa.

e Oꝛationis. que eſt. ff. de rebus eo. l. j. circa pꝛi.

f Adoleſcētium. videṫ ergo ex eo qȯ eſt hic. ⁊. ff. de re. eo. l. j. circa pꝛin. ꝙ oꝛo ptineat quo ad vba ⁊ quo ad ſñiam ad tutorem ⁊ curatoꝛē: ſed ad curatoꝛē furioſi ſola ſñia. ⁊ hoc dicunt qdā. Sed tu dic quo ad ſñiam intelligi hec pꝛedicta. vt. d. l. ff. de re. eo. l. j. ⁊ intellige de curatoꝛe nō quo ad verba. vt. ff. de re. eo. q neqꝫ.

g Ad agnatū. eundēqꝫ curatoꝛem: ⁊ idē in alijs rebus que pꝛhibenṫ alienari. vt. ſ. de admi. tut. l. lex q̄. ſm. H. ⁊ foꝛte idem in pꝛſcriptione ⁊ alijs bñficijs q̄ minoꝛib⁹ danṫ. vt. ſ. in q̄bus cau. reſti. in iteg. nō eſt neceſ. l. fi.

h Non conſiſtit. Sed ꝯtra. ff. e. pignus. vbi dicit poſſe obligari. Sed ibi cum decreto intellige.

i Perſonalem. vt. ſ. quando ex fac. tu. l. ſi in rem. et. j. de vſucap. pꝛo emp. l. eum. ſed ⁊ retentionem pignoꝛis habet. vt. ff. de rebus eo. ſi pupilloꝛum. §. penul. ⁊. l. ſi fundum. §. fi. ⁊. j. ti. j. l. vtere.

Si pater. ¶ Caſus. In hac. l. diciṫ ꝙ ſi filius pꝛi mentecapto curatoꝛem petere debet. per quē ſi qd alienatū eſt reuocari poſſit.

k Pete ei. ſed ⁊ tu potes eſſe curatoꝛ. vt. ff. e. l. j. in fi. ⁊. l. ij. ⁊. l. iiij.

l Poſſit. per iudicem.

Curatoꝛes impleta[a] legitima etate pꝛodigis[b] vel furioſis[c] ſolent[d] tribui.

☞ Jura loquentia de minoꝛibus extenduṇt ad furioſos ⁊ pꝛodigos. hoc dicit Bal. vel ſic. Res furioſi nō alienanṫ ſine decreto ſicut nec res pupilli. hoc dicit Salycetus.

Impera. Goꝛd. a. Aui. Lex. ij.

Orationis[e] diui ſeueri beneficiū quo poſſeſſiones ruſticas ſine decreto pꝛeſidis pupilloꝛum ſeu adoleſcentium[f] diſtrahi vel obligari pꝛohibitum eſt: non iniuria etiā ad agnatum[g] furioſi poꝛrigitur. ¶ Si igitur citra decretum pꝛeſidis fundus mēte capti etiā ab agnato eiuſ tibi pignori nexus eſt vinculum pignoꝛiſ in eo non ꝯſiſtit[h]: vtilem tamen aduerſus eum perſonalem[i] actionē ſi ob eius vtilitatem pecunia mutua accepta eſt poteris habere.

☞ Ad petitionē filij datur curatoꝛ pr̄i mentecapto. hoc dicit Bald. vel ſic. Per pꝛocuratoꝛem furioſi vel mentecapti poteſt reſtitutio peti. hoc dicit Salycetus.

Idem. a. Aurelie. Lex. iij.

Si pater tuus mentis compos non eſt: pete ei[k] curatores per quos ſi qd geſtum eſt qȯ reuocare opoꝛteat: cauſa cognita in pꝛiſtinū ſtatū reſtitui poſſit[l].

☞ Mater nō poteſt adminiſtrare res filij furioſi vel mentecapti. nec filium obligare. Baldus. Uel ſic. Furioſi nulla eſt repudiatio matrimonij: nec mater pꝛeiudicat filio ſi non ſit eius adminiſtratrix. hoc dicit Salycetus.

Imperatoꝛes Diocle. et Maxi. aa. Aſclepiado. Lex. iiij.

Cum repudiāte[m] furioſa ſui iuris conſtituta[n] marito[o] q ſolus repudiare potuit[p] quedam matrem furioſe marito quōdam eius inſtra ꝯfeciſſe ſignificas: intelligis nihil eam cōtra furioſam diſponere potuiſſe: cum eius ad cā iure nō pertinuerit defenſio[q].

☞ Frater eſt legitimus curatoꝛ fratris furioſi vel mentecapti. hoc dicit Bal. vel ſic. Fratres emancipati qui hodie vocanṫ ad ſucceſſionem ſoꝛoꝝ eis furētibus ſunt curatoꝛes legitimi. hoc dicit Salycetus.

Imperato. Anto. ⁊ Anaſta. aa. ad populum. Lex. v.

Ne lucrū q̄dem antea[r] idebite ſucceſſionis emācipato vel emācipatis deputaſſe: nihil vero de oneribus tutele[s] pꝛoſpexiſſe videamur: curatoꝛes nihilominus eos[t] per. xij[v]. tabularum legem furioſis fratribus ⁊ ſoꝛoribus (vtpote legitimos) exiſtere: hac legis ſanctione decernimus.

☞ Curatoꝛ furioſi habentis dilucida interualla dicitur curatoꝛ etiam dum iſte habeat dilucida interualla: tamen adminiſtrare non poteſt. vna eſt ergo cura continua ſed adminiſtratio eſt diſcontinua. hoc dicit Bal. vel ſic. Curatoꝛ datus furioſo habenti dilucida interualla nō deſinit curatoꝛ eſſe tēpoꝛe quo ille ſane mentis efficitur. ſed exercitium adminiſtrationis ſibi nō competit. ⁊ poteſt tunc ille cui curatoꝛ eſt datus omnia per ſe agere: ſed furoꝛe ſuperueniente exercitium reſtituiṫ curatoꝛi. hoc dicit Salycetus.

Impa. Juſti. a. Jul. pꝛfc. p. L. vj.

Cum alijs quidem hoībus ꝯtinuū furoꝛis infoꝛtuniuꝫ accidit: alios aūt moꝛbus nō ſine laxamento aggrediṫ. ſed in q̄buſdam tempoꝛibus quedā eius intermiſſio peruenit: et in hoc ipſo multa eſt differētia: vt q̄buſdam bꝛeues inducie alijs maioꝛes ab hmōi vitio inducanṫ. antiquitas diſputabat vtrū ne in medijs furoꝛis iteruallis permaneat eius curatoꝛis interceſſio: an cū furoꝛe qeſcēte finiatur ⁊ iterū moꝛbo adueniente reintegretur. ¶ Nos itaqꝫ eiuſ ambiguitatē decidētes ſancimus cū incertū eſt hmōi furoꝛis hoies quando reſipuerint ſiue ex longo ſiue ex pꝛopinquo ſpacio: cū impoſſibile eſt[x] ⁊ in ꝯfinio furoꝛis ⁊ ſanitatis cū ſepius conſtitui: ⁊ per longum tēpus ſub eadem eſſe varietate: vt in q̄buſdā videatur etiaꝫ pene furoꝛ eſſe remiſſus[y]: ⁊ curatoꝛis creationem non eſſe finiendā ſed manere qdē eam donec talis furioſus viuit[z]: quia non eſt pene tempus in quo huiuſmodi moꝛbus deſperet: ſed per interualla que perfectiſſima ſunt nihil curatoꝛem agere ſed ipſum poſſe furioſum dum ſapit et hereditatem adire: et omnia alia facere: que ſanis hominibuſ

n Cōſtituta. idem multo magis de ea que eſt in ptāte. ſed de hac dubitatur. q2 plus iuris mater in ea herede videṫ q̄ in ea que eſt in poteſtate.

o Marito. al's maritū ſm Jo. et tūc vnum marito abūdat vel nō abūdat. Et tūc dic repudiauit hereditatem marito ſecū inſtituto vt eam hereditatem ſibi haberet.

p Repudiare potuit. hereditatē ſm Joā. Tu dic. i. vxoꝛem. ſ. nō furioſam. Uel dic etiam furioſam. ſi modo furoꝛ tātuſ eſt vt tolerari nō poſſit. vt. ff. ſolu. matri. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ⁊. ff. de repu. l. iulianus.

q Defenſio. ſic. ff. de nego. ge. qui aliena. §. ꝙ ꝓ. ⁊. ff. de regu. iu. l. femine. niſi ſit tutrix. vt. ſ. quando mu. tu. of. fun. po. auten. matri ⁊ auie.

Ne lucrum. ¶ Caſus. Olim ſi pater duos habens filios: vnum emanciparet: ille fratri ſuo ſuccedere non poterat hodie ſecus eſt: q2 emācipatus ſuccedere poteſt: vnde cū emolumentum ſentit onus debet ſentire qȯ vocabitur ad tutelam fratris ſui.

r Antea. i. ante noſtra tēpoꝛa. ſ. per. l. xij. tabu. ſed p iuſtinia. ſuccedit. vt. j. de leg. here. l. fi. in fi.

s Tutele. imo et de tutela dixim⁹ in dicta. l. de leg. here. l. fi. in fine. vnde dic tutele. i. cure furioſoꝛum vt ſubijcit. vel nihil videmur dixiſſe niſi plene dicamus. arg. j. eo. ad ſille. l. penul. in fine. ⁊ facit. ſ. de legi. tu. l. frater. ⁊. j. de legi. here. l. de emācipatis.

t Eos. ſ. emācipatos.

v Duodecim. i. ac ſi lege. xij. tabu. vocarentur.

Cum alijs. Pꝛimo diſputatio antiqua. Scdo deciſio noua diſtinguendo. Scda ibi: nos itaqꝫ. Salycet⁹. — Diuiſio.

¶ Caſus. Cū quis furioſus eſt: aut perpetuo aut ad tempus: pꝛimo caſu curatoꝛ adminiſtrare debet continue: nec eius cura finitur: ſi dilucida habeat interualla an interim debeat ceſſare cura. Dicitur ꝙ certum eſt cōſtitutum. ſed in dilucido interuallo hereditatē adire vel contrahere poteſt ſine auctoꝛitate curatoꝛis.

x Impoſſibile eſt. i. difficile. ſic. ff. de his qui deiece. vel effu. l. ij. — Impoſſibile q̄nqꝫ pꝛo difficili ponitur.

y Remiſſus. ſed non eſt.

z Uiuit. contra. ff. eodem. l. j. §. j. vbi dicit durare et finiri cum furoꝛe. ſed hoc coꝛrigit. vel ibi quo ad effectum. ⁊ ſic ſm iſtam. vel ibi nō habebat interualla.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

competunt[a]. ¶ Sinautem furoꝛ ſtimulis[b] ſuis iterum cum accenderit: curatorē in contractu[c] ſuo coniungi vt nomen quidem curatoris in omne tēpus habeat: effectum autē quotiens moꝛbus recdierit. ne crebra[d] vel quaſi ludibꝛioſa fiat curatoꝛis creatio: et frequenter tam naſcatur ꝙ deſinere videatur.

☞ Hanc .l. legam per partes: et ex huiuſmodi lectura apparebit legis diuiſio. caſus huius pꝛime partis. Furioſo in poteſtate patris conſtituto non datur curatoꝛ ſed eius pater eſt legitim᷑ adminiſtratoꝛ. ei v̄o exiſtenti ſui iuris pater curatoꝛ dabitur. hoc dicit vſq̄ ad .§. ſinautem parentes. Baldus.

Idem eidem. Lex. vij.

Cum furioſus quē moꝛbus detinet perpetuus in ſacris[e] parentis ſui conſtitutus eſt: indubitate curatorem[f] habere nō poteſt: quia ſufficit ei ad gubernationem rerum que ex caſtrenſi peculio vel aliter[g] ad eum peruenerint: vel ante furoꝛem ei acquiſite ſunt: vel in furoꝛe obueniunt[h]: vel in his quoꝛum pꝛopꝛietas ei tātummodo competit[i]: paterna verecūdia. ¶ Quis enim talis affectus inueniatur extraneus vt vincat paternum[k]: vel cui alij credendum eſt res liberoꝛum gubernādas eſſe parētibus derelictis. ¶ Licet tertulianus iuris antiqui interpꝛes libꝛo ſingulari quez de caſtrenſi peculio condidit tali tractatu pꝛopoſito videatur obſcure eandem attingere ſentētiam: nos tamen hoc apertiſſime itroduximus.

☞ Pater pōt furioſo ſubſtituere exemplarie ⁊ relinquere curatoꝛem. et ſi filius eſt in poteſtate queritur ei paterna hereditas ipſo iure. hoc dicit Baldus. vel ſic. Pater poteſt filium furioſum heredē inſtituere ⁊ ei ſm̄ foꝛmam iuris ſubſtituere. et ſi decedat ab iteſtato hereditas deuoluitur ad filium furioſum etiam ſui iuris cōſtitutum. hoc dicit vſq̄ ad .§. ſinautem ex alia. hoc dicit Salycetus.

¶ Sinautē parentes ab hac luce decedere cōtigerit noſtra conſtitutio[l] quā pꝛomulgauimus de his que in teſtamento furioſo relinquenda ſunt vel ſubſtitutione eoꝛum in ſuo roboꝛe permaneat. ¶ Sinautez perpetuus furioſus ſui iuris[m] ſit: tunc in paterna quidem hēditate que q̄ſi debita[n] ad poſteritatē ſuam deuoluitur nulla eſt veterum iuris dubitatio: cū illico appareat: ⁊ ſuus heres[o] ſuis exiſtat parentibus.

☞ Curatoꝛ furioſi cui eſt delata hereditas extranei poteſt agnoſcere bonoꝛuz poſſeſſionem nomine furioſi. hoc dicit Baldus. Vel ſic. Si hereditas extranei deuoluitur ad furioſum / non petit ipſe bonoꝛum poſſeſſionem: ſed eius curatoꝛ ſic. hoc dicit vſq̄ ad .§. ſed cum antiq̄tas. hoc dicit Salycetus.

¶ Sinautem ex alia quacunq̄ cauſa hereditas ad eū vel ſucceſſio perueniat: tunc magna ⁊ inextricabilis vetuſtiſſimi iuris dubitatio exoꝛta eſt: ſiue hereditatem adire vel bonoꝝ poſſeſſionem petere furioſus poſſit ſiue non. et ſi curatoꝛ eius ad bonoꝝ poſſeſſionem petendam admitti[p] debeat: et iuris auctoꝛes ex vtroq̄ latere magnum habuerunt certamen. ¶ Nos itaq̄ vtrāq̄ aciem actoꝝ certo federe compeſcentes: ſancimus furioſum q̄dem nullo modo poſſe vel hereditatē adire: vel bonoꝛum poſſeſſionem agnoſcere. curatoꝛi autē eius licētiā damus (imo magis neceſſitatē imponimus) ſi vtilē eſſe ſucceſſionē exiſtimauerit eā bonoꝛū poſſeſſionem agnoſcere: que antea ex decreto[q] dabat: ⁊ ad ſi̇̄litudinē bonoꝝ poſſeſſionis hēre. cū petitio[r] bonoꝛū poſſeſſionis lege cōſtantiniana[s] ſublata ē: ⁊ ab ea itroducta obſeruatio ꝓ antiq̄[t] ſufficit petitione.

a ¶ Competunt. vt teſtamentum. vt .j. qui teſta. face. poſ. l. furioſum.

b ¶ Stimulis. i. cum ſtimulis.

c ¶ In contractu. quem habuit tempoꝛe ſane mētis vt per traditionē vel quid ſimile impleatur a curatoꝛe. nō autem itelligas de eo quem habet tempoꝛe furoꝛis quia ibi ſolus curatoꝛ ſufficit. vt. ff. de regulis iuris. l. in negocijs. Vel loquitur ſm̄ quoꝛūdam opinionem que tāgitur .j. l. pꝛoxi. §. ſinautem ex alia. pꝛope finem. §. Vel dic contractus a ſe curatoꝛe faciendos.

d ¶ Crebra. Nota aliq̄d conſtitui nimie frequentie vitande cauſa. ſic. .j. de bo. que libe. l. fi. §. penul. ⁊ ſic īfinitas euitet̄. ſic. .s̄. de ſa. ſan. ec. l. vt inter.

Cum furioſus. ¶ Caſus in hac .l. vſq̄ ad finē talis eſt. Si furioſus eſt in pr̄is poteſtate adminiſtrabit bona filij caſtrenſia vel quaſi: nec dabitur furioſo curatoꝛ. Si v̄o pater moꝛiatur furioſum pōt inſtituere heredē ⁊ ei ſubſtituere: vt .j. de ipu. ⁊ alijs ſubſti. l. vnam. ⁊ ſi furioſus moꝛiatur trāſmittit hereditatem ad eos qui ei ſuccedunt ab iteſtato. et ſi furioſo deferat̄ aliqua hēditas curatoꝛ ei᷑ poterit agnoſcere bono. poſ. ⁊ hereditatez adire. Et ſi datus fuerit curatoꝛ in teſtamento patris non ſatiſdabit de bn̄ adminiſtrādo: ſi non ſit datus in teſtamento: ſed a iudice vel a lege: quia eſt pꝛoximus agnatus: tūc non cogitur ſatiſdare: ſi idoneā habeat ſubſtantiam: iurabit tamen coram epiſcopo et tribus pꝛimatibus ꝙ bene adminiſtrabit bona furioſi: ⁊ faciet inuentarium. Si vero non habeat idoneat ſubſtantiam dabit fideiuſſoꝛes: et cōſtituet̄ apud pꝛeſidem ꝓuincie. Et oīa que acquiruntur furioſo ex cauſa legati: vel ex quacūq̄ cā debet adminiſtrare. ⁊ ſi cōpos mentis factus fuerit: retinebit eū ſi vult vel repudiabit. Si vero moꝛiatur in furoꝛe peruenient bona ad eos ad quos eſſent peruētura ſi nunq̄ furioſus fuiſſet. Si v̄o curatoꝛ diſcedat / alius in locum eius ſubꝛogabitur. habeat autem hec lex locum in futuris negocijs: non pꝛeteritis.

e ¶ In ſacris. ſcʒ vinculis.

f ¶ Curatoꝛem. alium ſcilicet a patre. ſed nec pater eſt curatoꝛ ſed legitimus adminiſtratoꝛ. quandoq̄ tamen rebus pꝛincipaliter quas nō vult agnoſcere pater datur curatoꝛ. ſic. .j. de bo. que libe. l. fina. §. j. et in aut. vt li. ma. ⁊ auie. in pꝛin. col. viij. vel ibi ſane mentis erat.

g ¶ Vel aliter. vt ex quaſi caſtrenſi peculio.

h ¶ Obueniunt. per ſeruos vel per legata: que cum acquiruntur ignorantibus / ergo ⁊ furioſis.

i ¶ Competit. vt in aduentitijs.

k ¶ Paternum. ſic. .s̄. de epiſ. audi. l. de creationibus. ⁊ .ff. de ritu nup. l. fi. §. denuo. ⁊ .j. de impu. ⁊ alijs ſubſti. l. humanitatis.

l ¶ Conſtitutio. quam habes .j. de impu. ⁊ alijs ſubſti. l. humanitatis.

m ¶ Sui iuris ſit. ſcʒ nunc: non tunc cū moꝛiebatur pater: alioqn ſuus heres ei eſſe non poteſt.

n ¶ Quaſi debita. vt ⁊ .j. de codi. l. fi. §. pe. ⁊ .j. de ipo. lucra. deſ. l. j. lib. x.

o ¶ Suus heres. Ut ſic ſtatim curatoꝛ poſſit adminiſtrare. non autem dicas ꝙ ſic ſit heres ipſo iure vt ſtatim teneatur creditoꝛibus: et non poſſit abſtinere. Et ſic quod eius fauoꝛe eſſet inductum in eius leſionem redundaret. Eſt ergo nomine ſed non re: vt dicimus in eo qui eſt ſane mentis. vt .s̄. ſi vt ſe ab here. abſti. l. j. vnde interim decedens non tranſmittit ſicut nec infans. vt .j. de iure delib. l. ſi infanti .§. ſinuero vel nō ſit. Sed ar. cōtra pꝛedicta. iſtitu. de here. que ab inteſta. §. poſthumi. ⁊ .j. de ſuis ⁊ leg. l. apud hoſtes. ⁊ .ff. de acqui. here. l. neceſſarijs.

p ¶ Admitti debeat. ſcʒ vel non. nā .ff. de ſuc. edi. l. j. §. furioſi. dicit̄ ꝙ curatoꝛ furioſi non poteſt repudiare bonoꝛū poſſeſſionem: quia nec delata eſt: ſed ſi non eſt delata ergo curatoꝛ eam petere nō poteſt. ſed ecōtra dicit̄ ꝙ pōt petere. ff. de bo. poſ. fu. l. j. in pꝛin. ſed pꝛima intelligitur nō videtur delata vt poſſit repudiari: q꞉ non pōt: ſed peti ſic. Vel poteſt peti vt ſit bonoꝝ poſſeſſoꝛ de facto: nō autem de iure: ſicut de facto videt̄ itelligi. ff. de bo. poſ. non eſt ambigendum. nam cum dicit vētrem ⁊ furioſum cōtra fiſcum admitti in bonoꝛum poſſeſſionē de poſſeſſione facti eſt intelligendum. nam ſi de bonoꝛū poſſeſſiōe iuris intelligeres multi alij fiſco pꝛeferūtur. vt .j. vnde vir ⁊ vxoꝛ. l. j. vel gratia exēpli de his ibi dicit. quicquid ergo olīʒ fuerit hodie poteſt petere curatoꝛ nomīe furioſi bonoꝛum poſſeſſionem iuris ⁊ facti: ⁊ facit eū bonoꝛū poſſeſſoꝛem per .l. iſtam lʒ quidā dicant de facto ei queri tantū. vt dicet̄ .j. ea. l. §. tali itaq̄. ſed cum factus ſit bonoꝝ poſſeſſoꝛ ⁊ poſtea reſipiſcat et nolit hēre an remaneat heres: quod videtur: q꞉ ſi ſemel eſt heres ⁊c. vt .ff. de mino. l. ⁊ ſi ſine .§. ſed quod papinianus. niſi ꝑ querelam inofficioſi teſtamenti. vel ſeruus factus ſit. vel memoꝛia defuncti dānata. vt .ff. de vulga. ſubſti. l. in ſubſtitutione. ⁊ .l. ex facto. in fine. ⁊ inſtitu. de heredi. que ab inteſta. §. per contrarium. Sed dic ꝙ dimittere poteſt: ⁊ ꝑinde erit ac ſi nō fuiſſet agnita. vt .j. eo. §. ſinautem ipſe. ſicut ⁊ qui appellat ſi non pꝛoſequatur.

Furioſi curatoꝛ an poſſit bonoꝝ poſſeſſionem repudiare.

q ¶ Ex decreto. Quia opus erat petenti adire pꝛetoꝛem: ⁊ ſolennibus verbis petere ⁊ ipſum pꝛetoꝛem decernere: ⁊ dicitur decretalis. ſed ꝙ ſic ei liceat cōceditur edicto pꝛetoꝛis moꝛtui. Et ſic dicitur edictalis: vt .ff. de bonoꝛum poſſeſ. l. iij. §. pꝛoinde. ⁊ .ff. de ſucceſ. edic. l. j. §. decretalis. et .ff. ſi tabu. teſta. exta. l. j. hodie vero per Conſtantinum vtraq̄ ſolēnitas eſt ſublata et ſine petitione hereditatis: dūmodo coꝛam iudice dicat ſe velle bonoꝛum poſſeſſoꝛem eſſe. nec eſt opus eam decerni. vt hic ſubijcit. et .j. qui admit. ad bono. poſſeſ. l. finali. quidam tamen dicunt per conſtantinum ſolam ſolennitatem petendi ſublatam non decretum.

Bonoꝛuʒ poſſeſſio ē duplex.

r ¶ Cum petitio. ſcʒ ſolennis.

s ¶ Conſtantiniana. dicta. l. .j. qui admit. ad bo. poſ. l. fi.

t ¶ Antiqua. Scilicet ſolenni. Sed nunquid ſm̄ Hugonem hodie irritantur teſtamenta per ſolam agnitionem cum dicam irritandum

per ꝯtratabulas

per cõtratabulas non irritũ ipſo iure: Rñ. idem: vt hic innuit.

a ¶ Quemadmodum. Cũ fideiuſſore vel ſine: vel hypotheca. vel coraꝫ quo.

b ¶ Rebus, mobilibus vel immobilibus: vel ꝑ quibus.

c ¶ Omnis curator, ſine teſtamento vel aliter datus.

d ¶ Tunc. i. ſimul curatoris creatione.

e ¶ Vel furioſe. vel prodigo. vt. ff. eo. l. penulti. ij. reſpon.

f ¶ Perueniat. poſt confirmationem iudicis et decretum. vt ſubijcit. nõ enim teſtamento perfecte dari poteſt. vt ſubijcit. ⁊. ſ. de confirmando tuto. l. j. ⁊. ff. eo. l. penulti. in princi.

g ¶ Primatibus. hoc expone. vt. ſ. de epiſcopa. audi. l. de creationibus. vbi ſunt hec de verbo ad verbum.

h ¶ Sacroſanctis ſcripturis. Ideꝫ faciunt hodie omnes curatores ⁊ tutores. ⁊ ſic lege hic autenticam. quod nunc generale ⁊c. que eſt in auten. vt hi qui obli. res. §. peñ. colla. vj.

Quod nũc. ¶ Caſus. Dicit lex. C. ꝙ curator furioſi dꝫ iurare corã epiſcopo ⁊ primatibus ꝙ bene adminiſtrabit. hec aut. ampliat hoc eſſe verum in omnibus curatoribus. ꝙ ſcilicet iurẽt ſe recte adminiſtraturos: non tñ ꝓpt h iuramẽtuꝫ excuſabunt a rõnibus reddendis.

i ¶ Tutorum. quorũ res hypothecate ſũt. vt. ſ. de admi. tuto. l. ꝓ officio. et facit ad inuẽtariuꝫ. vt. ſ. de admi. tut. l. tutores. ij. ⁊. ſ. arbi. tute. l. finali. §. finali. Itẽ facit ad teſtimoniũ paternũ. ſ. de tuto. vel curato. q ſatis nõ de. l. in dubiũ: ⁊ inſtit. de ſatiſda. tu. §. j. ⁊. ff. de tute. teſtamẽ. l. teſtamento datos. ij. in prin.

k ¶ Agnatuꝫ vocauerit. vt inſti. de cura. §. itẽ furioſi. ⁊ arg. ff. de legi. tut. l. legitimos. ſꝫ ⁊ ſenatuſcõſultum qñq; vacat vt per euꝫ ſoluatur creditoribus. vt. ff. eo. l. curator.

l ¶ Idoneo. quod ꝓ eodẽ eſt ac ſi ceſſaſſet. vt. ff. quod cuiuſq; vniuer. no. l. j. §. ⁊ quidem.

m ¶ Nobilis ſit furioſi. ſic. ſ. de tut. ⁊ curato. illu. perſo. l. j.

n ¶ Propoſitis. ⁊ tactis.

o ¶ Eadem obſeruatione. que eſt dicta in ciuitate romana.

☞ Curator poteſt dari furioſo in patris teſtamento: ⁊ non tenetur ſatiſdare: debet tamen anteq̃ adminiſtret obſeruare et iurare hec ſcripta. ⁊ ſi nullus ei a patre ſit datus peruenitur ad legitimuꝫ idoneum: alˢ ad datiuum qui forma hic ſcripta debet creari. h dicit vſq; ad. §. tali itaq;. Salycetus.

¶ Sed cum antiquitas in curatore furioſi multas ambages cõſtituit: quẽadmodum[a] ab eo cautio vel ſatiſdatio detur / vel pro quibus rebus[b] et quibus perſonis: ⁊ ſi omnis curator[c] talẽ preſtabat cautelã: neceſſariũ viſum eſt nobis: vt humano generi conſulẽtes omnẽ quidem obſcuritatem et inextricabilem circuitum tollamus: compendioſo autem ⁊ dilucido remedio totũ cõplectamur. ¶ Et prius de creatione curatoris qui furioſis vtriuſq; ſexus datur ſanciẽtes: tunc[d] ⁊ alijs certum finem imponimus. ¶ Et ſiquidem pater vel parens curatorem furioſo vel furioſe[e] in vltimo elogio heredibus inſtitutis vel exheredatis dederit: vbi et fideiuſſionem ceſſare neceſſe eſt: paterno teſtamento pro ſatiſdatione ſufficiente: ipſe qui datus eſt ad curationem perueniat[f]: ita tamen vt in hac florentiſſima ciuitate apud vrbicariam prefecturam deducatur. ¶ In prouincia autẽ apud preſidem ꝓuincie eiuſdem preſente etiam tam viro religioſiſſimo locoruꝫ antiſtite q̃ tribus primatibus[g] ⁊ actis interuenientibꝰ tactis ſacroſanctis[h] ſcripturis edicat omnia ſe recte et cũ vtilitate furioſi agere: ⁊ neq; pretermittere ea q̃ vtilia furioſo eſſe putauerit: neq; admittere q̃ inutilia exiſtimauerit.

In auten. vt hi qobli. §. penultimo. collatione. vj. conſti. ij.

Quod nunc generale eſt circa omnes curatores: vt iurent quidem nõ tamen a ratiocinijs ſunt exempti. Idem eſt in tutore. ¶ Sequitur textus. C. ¶ Et inuentario cum omni ſubtilitate publice conſcripto res ſuſcipiat: et eas ſm ſui opinionẽ diſponat: ſub hypotheca rerum ad eũ pertinentium ad ſimilitudinem tutorum[i] ⁊ adulti curatorum. ¶ Sin autem teſtamentum parens quidem eius non confecerit: lex autem curatorem vtpote agnatuꝫ[k] vocauerit: vel eo ceſſante vel non idoneo[l] forſitan exiſtente: ex iudiciali electione curatorem ei dare neceſſe fuerit: tunc ſm prefatam diuiſionem in hac quidẽ florentiſſima ciuitate apud glorioſiſſimam vrbicariã prefecturam creatio procedat. ¶ Sed ſiquidem nobilis[m] ſit furioſi perſona etiam florentiſſimo ſenatu conuocando: vt ex inquiſitione curator optime atq; integre opinionis nominetur. ¶ Sin vero non talis perſona ſit (etiam ſolo viro glorioſiſſimo prefecto vrbis preſidente) hoc procedat. ¶ Et ſi quidem curator ſubſtãtiam idoneam poſſidet et ſufficientem ad fidem gubernationis etiam ſine aliqua ſatiſdatione nominationem eius procedere. ¶ Sin autem non talis eius cenſus inueniatur: tunc etiam fideiuſſio (in quãtum poſſibile eſt) ab eo exploretur: creatione quidem omnimodo ſacris ſcripturis propoſitis[n] in omni cauſa celebranda. ¶ Ipſo autẽ curatore cuiuſcunq; vel ſubſtantie vel dignitatis eſt prefatum ſacramẽtum pro vtiliter rebus gerendis preſtante: et inuentarium publice conſcribente quatenus poſſint vndiq; res furioſi vtiliter gubernari. ¶ In prouincijs vero his omnibus obſeruandis: vt apud preſidem cuiuſcũq; prouincie et virum religioſiſſimum epiſcopum ciuitatis: necnõ tres primates memorata creatio procedat: eadem obſeruatione[o] et pro iureiurando et pro inuentario et ſatiſdatione et hypotheca rerum curatori modis omnibus adhibenda.

p ¶ Accedat. ſic ergo curator adit hereditatem. ⁊ ſic eſt contra. ff. de ap. l. cum in vna. §. fin. Sol. ibi i curatore pupilli dicit. Vel ſolu. vt ibi plene dixim'. Sꝫ an ſic adeat vt furioſus fiat heres: Dixi ꝙ ſic. ſ. e. §. ſin aũt. ex alia in glo. ſcꝫ vel non ⁊c. Alij dicunt ꝙ non ſit heres: ſcꝫ vt dñiũ rerum habeat: ſed q̃tuꝫ ad adminiſtrationeꝫ vt furioſo accedat per hunc. §. nam his demum cauſis queritur furioſo ex quibus ſane mentis homini acquiritur ignoranti. vt inſtit. de here. que ab inteſt. §. ſui. ꝓ prima opinione eſt. ff. de leg. ij. licinius locuſta. Sed ſecundi reſpondẽt ꝙ de facto tantum ibi habuit. Iteꝫ pro prima. ff. ad trebell. l. cum heres inſtitutus. Sed ſecundi dicũt ꝙ vere nõ fuit heres: lꝫ actiones hereditarias cedat: quia ⁊ creditor hoc facit. vt inſtitu. quibus alie. licet. §. j. vel ſpeciale vt fiat ibi heres: eo ꝙ tenetur transferre actiões. ſic in eodem titulo. l. cogi. §. hi qui ſoliduꝫ. Pro ſecunda opinione eſt. ff. de acquiren. heredita. l. ſi quis alicui. §. fina. Itẽ videtur ꝙ nec commodum querat. vt. ff. de acqren. heredi. antiſtius. §. in libro. Sꝫ de cõmodo dominij ibi intellige qđ nõ placet. Vt recitat ibi quorũdaꝫ opinionẽ que hic reprobatur.

q ¶ Volentes tamen. ſic. j. de iu. deli. l. nec emere.

r ¶ Ab inteſtato heredes. q defuncto ſucceſſiſſent niſi furioſus fuiſſet i medio/ ⁊ cuꝫ fructibꝰ medij tẽporis: vt hic ſubijcit. ⁊. ff. de pe. here. heres. i pꝛi.

s ¶ Vel cautione. qualis fuerit ignoramus.

Furioſi curator adiens hereditatẽ nomĩe ipſius furioſi an faciat eum heredem.

☞ Curator furioſi poſtq̃ iurauit et ſatiſdedit et promiſit promittenda ⁊ recepit adminiſtrationem per decretuꝫ põt agnoſcere bonorum poſſeſſionem delatam furioſo: ⁊ bona ea occaſione peruenta tenetur in inuentario addere. ſaluo iure repudiandi ⁊ acceptandi furioſo ſi reſipuerit. ſed ſi in furore decedit ex acceptatione curatoris non fit tranſmiſſio bonoruꝫ poſſeſſiõis. legatum autem bene tranſmitteretur ad heredem furioſi. hoc dicit Bald. Vel ſic. Hereditas furioſo delata poteſt per eius curatorem adiri: ita vt ſi furioſus efficiatur ſane mentis poſſit eam ſibi retinere vel reſpuere. ⁊ ſi reſpuerit vel in furore deceſſerit ad ſubſtitutuꝫ deuoluitur. ⁊ ſi nullus ſit ſubſtitutus deuoluitur ad eos qui ſuccederent ſi furioſus in medio non fuiſſet. legata vero ad eius heredes tranſmittit cum poteſtate repudiandi. hoc dicit vſq; ad §. ſin autem curator. Salycetus.

¶ Tali itaq; ordinatione in curatore furioſi diſpoſita ſi quid poſtea ad furioſum peruenerit: ſiue ex hereditate: vel ſucceſſione: vel legato: vel fideicommiſſo: vel alio quocunq; modo/ hoc furioſo accedat[p]: et hoc cum alia eius ſubſtantia in manibus curatoris tradatur. ¶ Inuentario etiam ſuper his rebus ſcilicet faciendo et ſub eius cura conſtituatur: quatenus ſiquidem reſipuerit furioſus et acquiſitionem admiſerit reſtituatur ipſi. ¶ Sin autem in furore diem ſuum obierit: vel in ſuam ſanitatem perueniens eam repudiauerit: ſiquidem ſucceſſio eſt ad eos referatur: volẽtes tamen[q]: id eſt vel ad ſubſtitutum: vel ab inteſtato[r] heredes vel ad noſtrum erarium: eo ſcꝫ obſeruando vt hi veniant ad ſucceſſionẽ qui mortis tempore furioſi propinquiores exiſtant ei ad cuius bona vocabantur ſi non in medio erat furioſus. Omni ſatiſdatione vel cautione[s] quam per inextricabilem circuitum veteris iuris auctores induxerunt

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

Legati dominiuz recta via q̄ritur: nō aūt hēditas.

a ¶ Acquirendis. per hoc ꝙ aduerſatur dicendo. legatis autem: patet ꝙ aliter in hereditate eſt. Et eſt ratio: q2 recta via dominium queritur in legato. vt. ff. de fur. l. a. titio. non ſic in hereditate niſi adeatur quod fit animo. vt inſti. de here. quali. ⁊ dif. §. fina. Item legatum ſine onere ſed hereditas nō. vt. ff. man. l. ſi hereditatē. ⁊ ideo ad ſuum heredem trāſmittit legata lꝫ in furore decedat: vt hic dicit. Accur.

b ¶ Ea. legata.

c ¶ Remoueanť. ſic. ſ. de legi. ⁊ conſti. l. leges. ij.

d ¶ Introducta. quam ignoramus.

Continuatio.

¶ De prediis ⁊ aliis rebus minorum ⁊c. ¶ Dictum eſt. ſ. qualiter prouideatur minoribus circa tutorem vel curatorē: nunc autem ponit qualiter prouideatur eis circa conſeruationem rerū ipſorum: ſicqꝫ imprimitur rubrica de p̄diis vel aliis rebus minorum ſine decreto non alienandis. Azo.

Venditio. ¶ Caſus. Pr obligauit prediuz minoris vel ſuū: h pacto vt ſi ſua die pecunia nō ſolueret liceret ſibi vendere: ⁊ deceſſit: ⁊ ſucceſſit ei mīor: non ſatiſfaciente ſua die minore creditor prediuz diſtraxit: vult minor reuocare p̄diū quaſi alienatū cōtra ſenatuſcon. quo caueť ꝙ prediū minoris ſine decreto alienari non dꝫ: an ſit audiendus: q̄riť: Diciť ꝙ non. Si tamen creditor viliori precio vēdidit q̄ predium valeret poteſt iudex eum reſtituere vt ſibi iuſtū preciū reſtituatur. ⁊ quod dicitur in ſenatuſcō. tūc locū habet cum minor ip̄e predium vēdidit ſine decreto. vel ꝙ minor nō ſoluit miſſus eſt in poſſeſ. alicuius prediꝫ ex cauſa iudicati: ⁊ miſſus diſtraxit.

e ¶ Pignoris. ſcilꝫ conuentionalis vel cum decreto ob es alienum obligatū. Vel dic ꝙ vocatus noluit venire ad cauſam vel cauere de dāno infecto vel pro legato. vt ff. eodeꝫ. l. iij. §. j. et quod ſubiicit ex cauſa iudicati. dic nec reſtitui niſi ex cauſa: vt q2 graue damnum habet. vt. ff. de minoribus. l. ſi ex cauſa. et ſic ex neceſſitate p̄mittitur: qd alʼs non p̄mitteretur. vt argu. ff. de fun. do. l. j. Vel pone econtra exemplū: q2 alterius predium pupillo eſt obligatum quod vendit. vt. ff. eo. magis. §. j.

radicitus excisa. Legatis autem proculdubio vel fideicommiſſis: ceteriſqꝫ acquiſitionibus furioſo acq̄rendis[a] ⁊ ſubſtātie ei⁹ aggregandis. Si autē ipſe reſipuerit: ⁊ ea[b] admittere noluerit: ⁊ aperte hec reſpuerit: vel heres eius hoc fecerit: a ſubſtantia eius illico ſeparādis: quaſi nec fuerint ab initio ad eum deuoluta: ⁊ per legitimum tramitē ambulātibus ſubſtantiam furioſi neqꝫ pregrauantibus neqꝫ adiuuantibus.

☞ Quod eſt dictū in creatione curatoris a principio idem intelligitur in ſubrogatione loco creati. hoc dicit Bal. vel ſic. Mortuo curatore furioſi vel eo vt ſuſpecto remoto debet alius ſubrogari. hoc dicit vſqꝫ ad. §. hec autem. Salycetus.

¶ Si autē curator furioſi ſm noſtram legē nominatus deceſſerit: ſub eodē modo: eademqꝫ obſeruatione alius creabiť: quēadmodum ⁊ ſi ſuſpectus reperiatur alter ſurrogatur: qd etiam veteribus legibus placuit.

☞ Diſpoſitio legis huius habet locū in curatoribus poſt hanc. l. creandis non in prius creatis. hoc dicit vſqꝫ ad finem. Salycetus.

¶ Hec autē omnia que de creationibus curatorum (cuꝫ per nouam diffinitionē itroducta ſunt) futuris caſibus imponantur: et neqꝫ antea facti curatores remoueantur[c]. neqꝫ aliud nouum accedat eis: ſed antiquo ordine ſtatuti in antiquos (q̄tum ad creationem) permaneant terminos: cautione videlicet vel ſatiſdatione que antiquitus fuerat introducta[d] ſuper poſtea venientibus ad furioſos ſucceſſionibus minime preſtanda.

¶ De prediis et aliis rebus minorum ſine decreto non alienandis vel obligandis. Titu. lxxi.

☞ Per viam ſecundi decreti poſſunt adulti res alienari. hoc dicit. vel ſic. Prohibitio alienationis rex minoris ſine decreto non extendiť ad alienationes neceſſarias: ſꝫ ex cauſa dabitur reſtitutio. hoc dicit Salycetus.

Imperator Antoni⁹. a. Minutiano. Lex. j.

Venditio quidē prediꝫ quod iure pignoris[e] vel in cauſa iudicati captum et diſtractum eſt[f] / ad ſenatuſconſultum[g] qd de non alienandis prediis pupillorum vel adoleſcentium (niſi auctore pretore vel preſide prouincie) factuꝫ eſt / non pertinet: ſed ſi etiam nūc i ea etate eos cui ſubueniri ſolet[h]: aditus competens iudex an te in integrum reſtituere debeat p̄ſente diuerſa parte[i] cauſa cognita diſpiciet[k].

☞ Quando contractus non tenet ipſo iure nō debet peti in integrum reſtitutio. hoc dicit. Vel ſic. Qui habent viam explicatam non debent petere viam implicatā. hoc dicit Baldus. Vel ſic. Ubi venditio pignoris eſt ipſo iure nulla reſtitutio ratione etatis nō eſt ipſo iure neceſſaria: ſecus ſi ſit aliqua ſi interuenit leſio nō modica: vel fraus cum emptore ſit participata. hoc dicit Salycetus.

Imperator Gordia. a. Clear. ⁊ Effrodiſio. Lex. ij.

Non eſt vobis neceſſaria in integruꝫ reſtitutio / ſi tutores vel curatores veſtri poſſeſſionem licet pignori nexam vendiderunt[l] ſine decreto. ¶ Sꝫ ſi creditores[m] id fecerint: ita demum iuxta formaꝫ edicti beneficium[n] tibi impartietur. ſi fraudulēta venditione participante conſiliū emptore damnum tibi inflictum eſſe doceatur[o].

☞ Pater nō poteſt alienare rem filij ſine decreto. hoc dicit Bal. Vel ſic. Pater curator filij non poteſt p̄dia alienare ſine decreto. hoc dicit Salycetus.

Imperatores Ualē. et Gal. aa. Theodoſiano ⁊ aliis. Lex. iij.

Cum emācipatis vobis predium acq̄ſitum foret[p] alienari a patre: eodēqꝫ curatore[q] ſine preſidis auctoritate non potuit: maxime ſi tanq̄[r] ſuum eſſet non tanq̄ pupillare vendiderit: itaqꝫ illibata vobis p̄ſecutio eius permaneat.

☞ Minor frater nō poteſt alienare in fratrem maiorem ſine decreto rem prohibitam aliēnari. hoc dicit Baldus. vel ſic. Immobilia minorum nullo titulo alienantur ſine decreto: ideo tradita vendicanť: redditis tamen que acceperunt. hoc dicit Salycetus.

Iidem. aa. metridati. Lex. iiij.

Non ſolum per venditionem ruſtica predia vel ſuburbana pupilli vel adoleſcentes alienare prohibentur[s]: ſed neqꝫ tranſactionis ratione neqꝫ permutatione: multomagis donatione vel alio quoquo modo ea trāſferre ſine decreto a dominio

poſſunt.

k ¶ Diſpiciet. ⁊ hec cognitio poteſt delegari. vt. ſ. vbi ⁊ apud quem. l. fi. ſecus in decreto ſuper alienatione interponendo. vt argumen. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi pretor. ⁊ facit. j. l. proxi.

Non eſt. ¶ Caſus. Si tu. pu. lꝫ alij obligatā diſtrahat poſſeſ. ſine decreto ipſo iure nō tenebit alienatio: nec reſtō in integrum eſt neceſſaria. ⁊ h in prima. Si v̄o creditor minore nō ſoluente iure creditoris ſine decreto diſtrahat: valet venditio. ſed ſi fraudem in venditione cōmiſit reſtituetur minor. ⁊ hoc in ſecunda.

l ¶ Uendiderunt. Credētes ſibi licere / quod creditori licebat. cum ergo ipſo iure non teneat ſine decreto. vt. ff. eo. l. j. ergo ceſſat reſtitutio. vt. ff. de mino. l. in cauſe. ij. in p̄ncipio.

m ¶ Sꝫ ſi creditores. qui iure facere poſſunt ſine decreto: licet tutius cum decreto. vt. ff. eo. l. j. §. ſi cōmunis. ⁊. l. ſi pupillorum. §. j.

n ¶ Beneficiū. ſcꝫ reſtitutionis ꝯtra emptorem.

o ¶ Doceať. idē ſi enorme damnum fuerit paſſus licet nō interuenerit fraus. vt. ſ. ſi aduer. ven. pigno. l. j. que eſt contra. pro minimo autem non daretur reſtitutio. vt. ff. de in integ. reſtitu. l. ſcio. Et potes h referre que diximus. ſ. ſi aduerſus ven. pigno. l. ij.

Lex. ibi neceſſaria. con coz. c. ꝯſtitutus. circa fi. in gl. ſuper v̄bo ſolennitas. extra d reſt. in integ.

Cum emācipatis. ¶ Caſus. An pať filij ſui emācipati minoris predium minori acquiſitū ſine decreto alienare poſſit: q̄ritur: Dicitur ꝙ nō: etiam ſi tanq̄ ſuum eſſet vēdidiſſet: nō vt pupillare.

p ¶ Foret. vel directo vel vtiliter: ſiue ius in eo habeat vel bona fide poſſideat. vt. ff. eo. l. iij. §. pe. ⁊ antepe. ⁊. l. magis. §. j.

q ¶ Curatore. id eſt tutore: cū hic pater ⁊ ille impubes ab eo emancipatus eſſet. vt inſti. de legi. paren. tu. et hic ſubiicit: ſic ⁊ alʼs. vnum ponitur pro alio. ſ. de in lit. dan. tuto. l. tutorem. Uel dic hos adultos et patrem et curatorem. et quod dicit pupillare: ſcꝫ quondam.

r ¶ Tanq̄ ſuū. vbi etiaꝫ hec ratio impedit. vt argu. ff. de cura. fu. l. iulianus. in fine.

Non ſolum. ¶ Caſus. Certuꝫ eſt ꝙ orōne diui ſeueri caueť vt predium minoris ſine decreto alienari nō poſſit titulo vēditionis: an idē ſit ī aliis titulis alienationis: puta donationis vel trāſactionis / queriť: Dicitur ꝙ ſic. Si ergo minor ex cauſa falſa vendidit fratri fundū ſine decreto reuocari poterit reſtituto fratri: ſi quid minor ab eo percepit.

f ¶ Diſtractum eſt. a creditore.

g ¶ Senatuſconſultum. id eſt ad orationem imperatoris ſeueri in ſenatu recitatam. vt. ff. eo. l. j.

h ¶ Solet. ſcꝫ intra quadriennium.

i ¶ Diuerſa parte. vt. ff. de mino. in cauſe. j. §. cā. ⁊. l. verū. §. ſciendum.

s ¶ Prohibentur. vt ⁊. ſ. de his qui ve. eta. impe. l. fi. et dic ꝙ eadē appellat ruſtica ⁊ ſuburbana hoc titulo.

a Poſſunt. niſi in caſibus. vt. j. ti. proxi. per totum.
b Dediſti. ſecus ſi fundum de quo litigabat minoꝛ diuiſit aliquo ſibi dato nomine tranſactionis. arg. ꝫ. de tranſac. l. preſes. immo idem. vt. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi cum lis.
c Mutuo. ſic. ꝫ. de reputationib⁹. l. j. ⁊. ꝫ. ſi aduer. tranſactio. l. j. ⁊. ij.

Et ſi pſes. ¶ Caſ. Iudex circunuentus falſis allegationib⁹ puta quia dicebatur ꝙ es alienū vrgebat cū nō immineret de predio minoris alienādo decretuz interpoſuit non valet decretum nec alienatio: vñ predium alienatū minoꝛ vendicere poterit.

d Actionē. in rem et in perſonam contra tutorē vel curatorem. vt. ff. eo. l. magis. §. pe.

e Reſeruauit. nullum enim fuit decretum: ⁊ ſic nulla alienatio. ſic. ꝫ. ſi ex fal. alleg. l. j. ⁊ argu. ff. quibus ex cau. in poſſeſ. e. l. fulcinius. §. ſi quis bona poſſederit. ⁊. ff. eo. Quis. Sed ar. ꝫ. inſti. q manu. non pſit. §. ſemel. ſed ibi improprie ponitur falſa.

f Quā. ſ. i genere. nūc in ſpecie.

g Tu quoqꝫ. ſ. minoꝛ.

Minorū. ¶ Caſus. Si minoꝛ vel ei⁹ procuratoꝛ preſidi de interponendo decretum libellū porrexit: nō ſtatim diſcernere debet: vt res minoris vendat: ſed cauſam examinabit.

h Libello. quo petitur decretum et cauſa inſeritur. non ergo aſſertioni libello facte creditur ſed neceſſe eſt ꝓbari cauſam. Vel dic ꝙ procuratoꝛ ad hanc cauſam non poteſt conſtitui ſicut in excuſatione tutele. vt. ff. de excu. tuto. l. excuſare. et argu. ꝫ. ſi propter pu. pen. l. finali. ⁊ argu. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. ij. §. j. Sꝫ cōtra. ff. de mino. l. illō. §. ſi talis. ſed ibi ad fauorē hic ad damnū. ⁊ tamen non poteſt ibi fieri ſine ſpeciali mandato.

Procuratoꝛ nō ſemper conſtitui poteſt.

Si ad reſoluendaz. ¶ Caſus. Pater filio ſuo minori et emancipato predium donauit: poſtea filius ſine decreto de reddēdo patri cautionem emiſit. tamen cōtra ſenatuſcō. huius cautio ſic emiſſa filio nō preiudicabit.

...ſuo poſſunt[a]. ¶ Igitur ⁊ ſi tu fratribus tuis per tranſactionē fundum dediſti[b]: vendicare eum potes: ſed ⁊ ſi quid inuicem ab eis ex eodem pacto cōſecutus es id mutuo[c] reſtituere debebis.

☞ Decretum ex falſa cauſa alienationi interpoſitum non tenet. h. d. Bald. vel ſic. Decretum ex falſa cā interpoſituz eſt ipſo iure nullum. ideo illo non obſtante non tenet alienatio. h. d. Saly.

Idē. aa. Mutiano. Lex. v.

Et ſi preſes prouincie decreuerit alienandum vel obligandum pupilli ſuburbanum vel ruſticum predium: tamen actionem[d] pupillo (ſi allegationibus falſis circūuentā religionem eius probare poſſit) ſenatus reſeruauit[e]: quā[f] exercere tu[g] quoqꝫ non vetaberis.

☞ Nō ſufficit cauſas allegare ſed opoꝛtet probare. hoc dicit. Vel ſic. Ad petēduz interponi decretum ſuper alienatione rei minoris nō pōt conſtitui procuratoꝛ. hoc dicit ſm alium intellectū ſingularem. Baldus. Vel ſic. Nō ſufficit cauſam alienationis proponi coraz iudice: ſed eſt neceſſe vt apud acta probetur. ⁊ vt decretuz interponatur. hoc dicit Salycetus.

Impatores Carus Car. ⁊ Numeria. aaa. Varo. Lex. vj.

Minorum poſſeſſionis venditio per procuratorem delato ad pretorem vel preſidem ꝓuincie libello[h] fieri nō potuit: cum ea res aliter confiſci recte non poteſt: niſi apud acta cauſis probatis que venditioni neceſſitatez inferant decretum ſolenniter interponatur.

☞ Sicut minoꝛ non poteſt alienare rem non alienabilem: ita nec eam poteſt refutare vel finire. hoc dicit Bald. Vel ſic. Sicut minoꝛ non poteſt alienare immobilia ſine decreto: ita nec ad alienādum ſe obligare. hoc dicit Salycetus.

Idem. aaa. Iſidoro. Lex. vij.

Si ad reſoluendam donationem quam in emancipatuz te pater contulerat[i] minoꝛ. xxv. annis cautionem[k] ei emiſiſti[l]: cuz huiuſmodi ſcriptura contra ſenatuſconſulti[m] auctoritatez data ſit: non oberit iuri tuo.

☞ Etiā propter nuptias nō pōt minoꝛ...

i Cōtulerat. tradēdo.
k Cautionem. de reddendo predio dato a patre.
l Emiſiſti. ex interuallo.
